czynski ad cedeñ de iure sur molendina seu tertias mensur sub oppido Dubna Paltus Belzeñ in Fluuio Bug exnt in person Honestorū Thomæ

Sudzicki et Reginæ Marcinkowna. Cõiugibus. cæterorq; infrapatẽ

Sigismundus III &c Significamus &c. Consensisse nos et permisse consentireq; et permittere prntibus literis nostris Nobili Joanni Tho: mæ Mieczynski ut posit et valeat de omni et integro iure suo ad: uitalicio quod illi super Molendina seu eorum tertias mensuras sub oppido Dubna in Palatinatu Belzẽ et tenuta Dubrẽ Magci Ra: phaelis Leszczynski de Leszno Palatini Belzẽ consistẽ compe: tit uno quidem in fluuio welinca altero verò in fluuio Bug á: tiquitus extruct Honestis Thomæ Sudzicki et Reginæ Marcin: kowna Coniugibus De tribus vero Molendinis seu earum tertijs mensuris in fluuio suprapto Bug recenter extructis Laboriosis Gregorio Tokarzewic et Zophiæ Gromkowna coniugibus, denique de Molendino Sypienia dicto in eodem fluuio extructo Laborò: sis Panasio et Parasiæ de Strzelce coniugibus coram quibuscung modo autenticis Regni nri Actis cedere condescen: dere. Quæ quidem cessio iurisque transfusio posteaquam ltime peracta et recognita fuerit nos eam vatam et gratam habitu: ri sumus, veluti eam quæ hoc consensu nostro antecedẽ per: agetur. Cuius quidem cessionis præsẽg consensus mi vigore præfata Molendina seu eorum tertias mensuras cum omnibus eorum et singulis attinentijs et pertinẽ ad easdem antiquitus spectañ prout a priovibus possoribus tenebantur et possidebañ: tur ita quoque suprapti Thomas Sudzicki et Regina Marci: nowna tum Gregorius Tokarzewic et Zophia Gromkowna, nec non Franciscus Sypienia et Parasia de Strzelce coniuges tene: bunt habebunt et possidebunt ysdemg pacifice et quiete ipsi quidem coniuges insolidum prout vnicuique competit vtifru: entur ad vitæ suæ extrema tempora Promittimus autem pro nobis Serenmisque succonibus nris quod quamdiu præmemina: Coniuges vixerint vel alter eorum superstes fuerit non esse nos

Sermosq

Serenimosque succores nostros eosdem a possone præfatorū mo:
lendinorum seu eorum tertijs mensuis amoturos amouendique
cuipiam facultatem præstituros quin imo quoad vixerint vel al:
ter eorum vixerit saluum et integrum ius aduitalitium ijsdem
in præfatis molendinis siue eorum tertijs mensuis nos sereniss.
simosque Succores nros conseruaturos. Quibus vita functis non
prius possessione Ffat molendinū succores corū tenebuntur ce:
dere quam Summ ibidem ltime inscript vel extaxa Commissa.
riorum prouenien illis integre numerata et persoluta fuerit. Iuri-
bus nostris Regalibus Reipublicæ Ecclæque Catholicæ saluis ma.
nen. In Cuius rei fidem &c. Dat Varsauiæ Die Vigesima Prima Men:
sis Februarij Anno Dni quo supra.

Sigismundus Rex — Petrus Kozminski

Dotatio Eccla Dubnen nouiter restauratæ

SIoismundus iii &c. Significamus &c. Cum id præcipuæ curæ
nræ sit vt in hoc regno cuius Sceptra tenemus cultus diuinus au:
geatur et prouentus eo nomine dicati non minuantur Verum eo
magis amplificentur. Proinde ad intercessionem certorum consi:
liariorum nrorum præsertim vero Rndi in Christo Patris Domi:
ni Mathiæ Lubinski Epi Chelmen et Supplicationem Venera:
bilis Floriani Kuczkowski Parochi Dubnen Ecclesiam Paro:
chialem Dubnen desertatam et nouiter restauratam prouenti:
bus annuis in Literis reuisionū præsertim Anni Millesimi Sex:
centesimi Secundi et Decimi Septimi express ex integro dotan
duximus dotamusq inhærendo eisdem Literis in Laudem Dei
omnipotentis et incrementum fidei Sanctæ Catholicæ Eccla
Romanæ prntibus lris nris in hunc modum perpetuis tem:
poribus vt præfatus Parochus et eius immediati subsequen
succores decimam manipularem omnis grani et seminis ex oibus
agris campis hortis ex eodem oppido Dubna per oppidanos etin:
colas eiusdem oppidi inseminat quolbet anno percipiat. Dein ex

omnibus

ex omnibus areis als placow in eodem oppido Dubna in Circulo fori exñtibus pro annuo censu groſsos quinque, ex areis verò platearum ibidem exñtibus per groſsos quatuor profesto Sancti Adalberti quotannis oppidani Dubneñ, Mensalium, vero, als Stotowego de quolibet domo per groſsos quatuor profesto Sancti Martini Pontificis iidem oppidani soluere præfato Parocho eiusq3 succoribus erunt astricti. Inquilini verò quicunq ibi reperiuntur tũ et Braseatores atque ÿ qui Cremata apud oppidanos decoquũt quotannis per duos groſsos eidem Parocho etiam profesto Sancti Martini soluere tenebuntur. Fundos etiam et agros ad Ecclesiam præfatam pertineñ et per Lustratores asſignatos in quorum ad prñs idem Parochus est poſsone vti domum ips residentiæ et quatuor cum media areas in Platea Zakaluzna dict hortos tres agros seu campos vnum versus villam nram Vchanka, duos vero transfluuiũ Bug prata in loco Trybie dicto tria, Pro schola vero aream eandem in qua sita est et prædia quatuor foraliaque a Lignorum Venditione diebus Sabbato Dominico et feria Quarta. Pro hospitali vero aream eandem et domum ibidem sit duobus cum hortis et prato vno atq campo vno versus Vchanka iaceñ cum foralibus a lignorum Venditione feriis secunda et tertia extradi solit' iuri et immunitatibus Ecclesiæ perpetuo ad Parochiam Dubneñ adscribimus et præfato Parocho eiusque succoribus in pacificam poſsonẽm tradimus eo nomine factas præfatas Lustrationes reuisiones approbamus hocque Priuilegium robur debitæ firmitudinis in perpetuum in quantum iuris est obtinere volumus. In Cuius &c. Datum Varsauiæ Die Vigesima Prima Mensis Februarÿ Anno Dñi q̃sum.

Sigismundus Rex. Jacobus Zadzik

Burgrabiatus Torunen Spectabili Iacobo koien Proconsuli confertur.

Sigismundus

Sigismundus &c Significamus &c. Quod cum anno hoc
prnti Burgrabiatus Magistratu in Ciuitate nra Tornen
vacan Senatus illius Ciuitatis quatuor viros de medio sui
huic offo idoneos de more et consuone antiqua elegisset, nobg
per literas proposuisset, e quibus vnum qui huic offo gerendo
aptior et idoneor videretur declararemus. Nos Spectabilis
Jacobi Koien Proconsulis in nos singularem fidem ac in rebus
gerendis dexteritatem commendatam haben eum Burgrabi-
um declaran, ipsig potissimum Magistratum hunc Burgra-
bij in annum pxen conferen censuimus, quemadmodum
quidem confevimus hisce literis nris, per eum toto anni hu-
ius decursu cum plenaria Jurisdictione, quae usq usurpato
hactenus ipsi competit, omnibus item prærogatiuis, obuen-
tionibus, attinen pertinen, omnesig vtilitatibus ad hoc of-
ficium spectan, obenn, administran, et exercen. Quod oibus
et singulis quorum interest, præsertim vero Magistratui
Ciuili Proconsulibus Consulibus totig Ciuitati nostræ To-
runen communitati notum esse volumus, mandan vt su-
pranotatum Splem Jacobum Koien pro vero et ltimo Burgra-
bio Ciuitatis nræ Torunen habeant et agnoscant, eig de pro-
gatiuis et obuentionibus vniuersis huic offo et Jurisdom
debite respondeant, ab alysque responderi curent. Pro qra
nra. In cuius rei fidem &c. Datum Varsauiæ die Vigesi
ma Secunda Mensis Februarij Anno Dni quo supra.

Sigismundus Rex Petrus Gembicki

Caducum Nli Petro Maka x x linski confertur.

Sigismundus &c Significamus &c. Quia nos bona
omnia mobilia et immobilia Summasque pecunias vbicug
locorum existen in Regno et Dnys nris, certis de causis
ad nostram disponem deuolut. Nobili Petro Makalinski
Seruitori nostro post quosdam Georgium Lader et Alexan-
drum Nilse dan et conferen esse duximus, vti quidem damus
et conferimus prntibus literis nris. Ita tamen vt eadem bo-
na omnia iure adeat, vindicet, teneat, habeat et in suos

Succorumq

ſuccorumque ſnovum quosuis beneplacitos vsus pleno m̃.
re conuertat. Quod omnibus quorum interest prasertim-
vero Magr̃atibus quibusv̄ notum esse volumus Mandañ
vt requisiti a pradicto Donatario nr̃o vel ipsius manda-
tario bona omnia supradicta qua vspiam reperta ſnerint
ſine vlla mora et difficultate extradant et extradi ab
alys quorum interest curent. Pro gratia nr̃a In quorũ fidẽ
&c. Datum Varsauiæ Die Vigesima octava Mens Febru-
arÿ Anno Dñi quo supra.

Sigismundus Rex — Jacobus Zadzik.

Ius caducum Nĩli Simoni Iarzabkowski Ostiario Serenñmæ Infantis Suetiæ confertur.

Sigismundus III &c Significamus &c. Quia nos bona oña mobilia et immobilia ſummasq; pecunias siue paratas siue aliqua ratione obligatas apud quascung personas in Regno et Dnÿs nr̃is existen. Egregio Simoni Jarzabkowski Serñæ Dñæ Annæ Infantis Suetiæ sororis nr̃æ charissimæ ostia-
rio, morte cuiusdam Senevini Kotecki incolæ Sendomirien̄
certis de causis ad fiscum et dispositionem nr̃am iure ea-
dem deuolut dañ et conferen̄ esse duximus prout quidem
damus et conferimus prntibus lris nr̃is. Ita tamen vt ea-
dem bona omnia caduca, et singula tum et ſumm̃ pecunias
adeat et in possonem suam vindicet, teneatq et possideat
et in ſuos vsus succorũmq suorũ pleno iure conuertat. Quod
oibus et ſingulis prasertim vero Magratuũ Ciuitatis nr̃æ
Sandomirien̄ notum ee volumus mandañ vt requisiti
a prædicto Donatario nostro vel ipsius mandatario, bo-
na omnia supraſcr̃a quæ vspiam reperta fuerint ſine
vlla mora et difficultate extradant, et extradi ab alÿs
quorum interest curent. Pro gr̃a nr̃a. In cuius rei fidem
præsentes manu nr̃a Subscriptas Sigillo Regni communiri

iussimus

inſsimus. Datum Varsaniæ Die Vigesima Sexta Mens: sis Februarÿ. Anno Dñi quo supra.

Sigismundus Rex Jacobus Budzyński

Pensio annua 83 florenõ et gros sorum quing in Zuppis Wielicien, Iacobo Regiano Musico S.R.M. confertur.

Sigismundus III Dei grã Rex Poloniæ &c.

Significamus &c. Quod cum Egregÿ Iacobi de Abbatis Regiani Musici in Capella nostra non vulgarem dexteritatem et assiduitatem continuam a multis annis optime notam habeamus, facieñ nobis ẽẽ duximus. Vt pensionem annuam morte egregÿ Pelegrini quam illi nuper post decessum Vnabilis Joannis Lagiewnicki contuleramus ad dispositionem nram denolut octuaginta tvium florenorũ polonõ et grossõ quing in Zuppis nris Wielicien daremus et assignaremus prout damus et assignamus p: sentibus literis nris. Voleñ vt prænoatus Egregius de Abbatis Regianus quàmdiu in servitÿs nris perseneranerit eandem pensionem octuaginta tvium florenõ et grossorum Quing, ex Zuppis nris Wielicien singulis annis die solito numerandæ huius pensionis integram percipiat. Quod ad notitiam Gnosi Andreæ Gorski de Zalesie movñi et aliorũ pro tempore existeñ Zupparum nrarũm Wielicien admini: stratorum deduceñ mandamus, vt prænoato Iacobo de Abbatis Regiano eandem pensionem singulis annis extradãt et absque omni mora et difficultate numerent, numerarig et extradi abÿs quorum interest curent. Pro gra nra Quod nos in romibus Thesauri susceptur sumus. In Cuius rei fidem &c. Datum Varsaniæ die Vltima Mensis Februarÿ Anno Dñi quo supra.

Sigismundus Rex. Jacobus Zadzik.

Cõmunicão iuris fur Tillam ko: niuszki G. Vrsula korÿtkowa.

Sigismundus Rex &c. Significamus. &c. Quia nos ad in: tercessionem certorũ Consiliarÿorum nrõrum pro Cnoso Jo: anne korÿtko de Podborce Venatore Terræ Præmÿsliens bonorum nrorum Villæ Koninszki in terra Leopolien sitt te. nutario apud nos factam faciẽ nobis ẽẽ duximus vt e: adem bona coniugi quog ipsius Cnosæ Vrsula de Tarnow: skg wola in ius adultalitium daremus et conferremus quẽ: admodum damus et conferimus pntibus literis nris, ita quod abhinc prænoati coniuges ambo insolidum tam coniunctim quam di: uisim bona supradicta Villam Koniuszki, cum oibus agris pra: tis campis sylvis nemoribus, colonis subditis eorum labori: bus, censibus commodis, vtilitatibus, attinenq et pertinẽ, qui: busuis antiquitus ad hæc bona spectañ, nullis prorsus ex: ceptis, teneant habeant possideant, pacifice et quiete vti: fruantur ad extrema usq vitæ suæ, alterius ne eorum tpa Promittimusq pro nobis et Serenmis successoribus nris quod qmdiu prænoati coniuges vixerint, vel vno defuncto alter e: orum superstes fuerit, non esse nos Serenmosque Successores nros a possone et usu dictorum bonorum amoturos nec ali: enaturos amovendiq aut alienañ cuipiam facultatem præ: stituros quin imo ipsos quoad vixerint vel vno defun: cto alter eorum supervixerit, saluum et integrum ius ad ultalitium in eisdem bonis conservaturos et Serenm Suc. cessores nr conservabunt. Ratione cuius adultalitatis si ea bona a Summis sint libera Quartam prouentuũ part quotannis inferre, si vero onerata eam Summæ partem quæ ex præscripto legum remittenda venerit nobis et Rei. publicæ remittere et condonare præfati coniuges tenebũ: tur. Juribus nris Regalibus Reipub: Eclæq Catholicæ sal. vis manentibus In Cuius rei fidem &c. Datum Varsauiæ Die Sexta Mensis Martÿi. Anno Domini quo supra.

Sigismundus Rex. Petrus Gembicki SRM.

Conseruatio

Conseruatio in possoñe sortis Aduocatiæ in Villa Białe Captus Parcouieñ Stanislao et Alberto Opałkowiczom succoribus Mathiæ Opałek retenta.

Sigismundus III Dei Grã Rex Poloniæ &c.

Significamus &c. Quia nos ad intercessionem certorum Consiliariorum nrorũm pro Honestis Stanislao et Alberto Opałkowiep apud nos factam facieñ nobis esse duximus vt eosdem in Vsu et paccã possoñe certæ sortis Aduocatiæ seu Sculletiæ in Villa nrã Białłe sit in Capneatu Parcouieñ Districtuque Lubliñeñ consisteñ quam sortem patet ipsorum Honestus Mathias Opałek tenebat conseruaremus et reliquueremus prout quidem conseruamus et relinquimus pntibus lris nris quemlibet pro sorte et interee suo. Quam quidem sortem Aduocatiæ memorati Honesti Stanislaus et Albertus Opałkowie cum omnibus suis agris, pratis, campis, sylvis, fluuijs, lacubus, piscinis, tertiaque parte Lanei agri atq omnium prouentuum ibidem pertineñ tum et prato dicto omnibusque alijs fructibus vtilitatibus, et emolumentis antiquitus iuxta originale Priuilegium ad eam Sculletiam sortemque ips[pertineñ] prout a Pnominato parente ipsorum tenebatur ipsi etiam pro sorte et interesse suo tenebunt habebunt et possidebunt ad extrema vitæ suæ tempora. Promittimusque pro nobis et Serenmis succoribus nris non esse nos memoratos Stanislaum et Albertum Opałkow ab vsu et possoñe dictæ sortis Aduocatiæ omniumq suprascrorũm bonorũ amoturos nec priꝰus post decessum ipsorum ad vram disponem recepturos, quam Summa in lris originalibus expressa ipsisque ltime seruiens Succoribus eorum integre persoluta fuerit. Juribus nris Regalibus Reipublicæ Ecclæq Catholicæ salvis manen. In Cuius rei fidem &c Datũ Varsauiæ Die sexta mensis Martij Anno Dñi quo supra.

Sigismundus Rex Petrus Dembicki.

Notariatus Terris Camenecen Generoso

Conseruatio

Alexandro Kawiecki confertur.

Sigismundus m Dei Grā Rex Poloniæ &c.

Significamus &c. Cum Vacante officio nviatus Terris Camen: necen̄ in Paltū Podoliæ post euectionem Gnōsi Gabrielis Ko: zietulski ad subindicatum Camenecen̄ Dignitarÿ officiales & nlitas Paltus Podoliæ electione pro iure et veteri instituto habita quatuor nobis egvestris ordinis viros de medio sui 4. teris autenticis proposuissent vt quem eorum maxime idone: um arbitraremur, muneri huic obeun̄ admoueremus. Nos Alexandri Kawiecki vnius ex candidatis virtutem probi. tatem in tractan̄ Reipub. negotÿs spectatam dexteritat̄ ac in rebus gerendis integritatem industriam̄ singularem. Juris denique patrÿ et Legum publicarū peritiam gd ad rectam huius muneris administron̄em requiritur commen; datam haben̄, illi ipsi notariatum hunc Terrem Came:. necen̄ modo præmisso vacan̄ conferen̄ existimauimus co:. senimusque hisce lris nris ita vt eum ad extrema vitæ suæ tempora vel amplioris alicuius dignitatis assecutionem cum omnibus iuribus prærogatiuis vtilitatibus et emolumen̄ ba; beat et obtineat. Quod omnibus et singulis quorum interest præsertim vero Dignitarÿs officialibus et vniuersæ Nobilitati Paltus præfati notum facimus mandan̄ vt iam ex ipso tpe prædictum Gnosum Alexandrum Kawiecki pro vero et ltimo hvio Terri Camenecen̄ habeant et agnoscant iurisdon̄ ipsius pareant eique de loco iuribus prærogatiuis et obnen̄ ad offm de more vel lege spectan̄ rndeant et ab alÿs responderi cu:. rent. Pro grā nra Sn Cuius rei fidem &c. Datū Varsauiæ Die Tredecima mensis Martÿ Anno Dm̄ MDCXXII Regnor̄ nostrorum Poloniæ xxxv Sueciæ vero xxix Anno.

Sigismundus Rex — Petrus Dembicki

Dostrzegłem brakujących
słowa nie brzmiących tylko za powtórzone
vide fol. 297.-

Dwóch Kart, 34 i 35.

Za te folia 27/7 41
34 i 35. po fol. 297

gnitionem ac in rebus gerendis dexteritatem perspectam abūn:
de habemus, id negotij committendum duximus prūtibusq nris Cō:
mittimus mandan eisdem vt die et tempore certo inter se con:
stituto ad bona præfata eorumq fundos descendant et vocat
ad sui prūtiam partibus quorum interest auditis eorum propo:
sitionibus et responsis Priuilegijs etiam iuribus munimentis
ac alijs quæ in medium producta fuerint accurate reuisis
ex re ipsa oculis subiecta situq et positione illius plane cognita
et perspecta recepto etiam ex vtraq parte hnum senum fide:
dignorum si id opus fuerit corporali Juramento et sufficienti
testimonio, nullius partis fauore, sed solius Dei et iustæ Sctæ
memoriæ et amore in quo conscientias Fid. vrar onerare nos di:
cta bona distinguent et distinguant, scopulis et signis metali:
bus consignent, aliaq omni alque de iure et consuetudine in
eo genere fieri solent faciant et exequantur. Omnis absentia
non obstante Factura Fid. vræ pro officij sui debito et grā nrā
Dat Varsauiæ die Decima Quarta mensis Septembris Anno Dñi
MDCXIX Regnorum nostrorum Poloniæ XXXIII Sueciæ de:
cimo XXVII Anno. Ex Commissione Sæ Reg. mtis propria. Jas max
Fredro. Quibus expositis et perlectis in loco superius de:
scripto petijt vt Dñi Commissarij iuxta Lras easdem ac iuribus commu:
nis praxim in his seruat in primis Jurisdictionem suam Commis:
sorialem fundarent, et eam per mimlem publicare et proclama:
re partibus quorum interest faciant, saluis idem Generosub
Subiudex pro parte sua omnibus iuris beneficijs reseruatis. Ple:
nipotens autem magi Capnei iure deducebat non debere o:
mnino Dnos Commissarios suam fundare Jurisdictionem his ex ra:
tionibus Primo quidem Quod Commissio hæc cuius execu:
tio vtpote sit illegalis cum ea non seruatis solennitatibus et
gradibus iuris sit a parte extra notitiam officij Capitanei ob:
ten. Præterea nullas hac de re præfat Capneus prout ius
commune exposcit a præfatis Commissarijs habuit Lras, et nul
lam auisationem seu obdestinationem hbt. Insuper quoq
nulla hic concurren parietum aut aliqua probabilitas seu pos:
sibilitas apparet, cum fundus hic vbi actor officium locauit est

proprius et ñdubitat hæreditatis villæ Wielgawies antiquis-
simæ possonis Capneatus Schadkowien, qui nunquam ñ aliquam
disquisitionem veniebat, et nunquam ñ controverso erat.
Petijt itaque idem plenipotens Quatenus supraph Dñ Commis-
sarij ab ejusmodi actu supersedant. Et præfatus Jenero:
sus Subjudex Syradien audita impugnatione quadam fundato-
ñ Jurisdoñis Dnorum Commissariorum per Jenerosum Nico-
lum Stradomski plenipoten Dnos Capnei Schadkowien introduc-
dixit se eo in loco ubi hæreditas collateralis villæ Schadkowice
deberent juste a Dominis Commissarijs constitutis Jurisdonem
fundari exposulasse hic enim comparent subditi magci Pala-
tini Syradien tenuta de Schadkowice, hic suam collaterali-
tem agnoscunt comprobare intendunt, fundatiog Jurisdon le-
per a Collaterali inchoanda, quod inferunt a Capneo Schad:
kowien et subditis villæ Wielgawies fundum hic coram esse ber:
ba nuda sunt quæ facile verbis refutantur. Nulla probatio e:
orum producitur allegationes autem in his nudæ locum non
habent, præsertim cum collaterales de Schadkowice adiacen
hic comparent, itag petijt pfatus Subjudex Syradien funda:
tionem Jurisdoñs per Dnos Commissarios eo in loco exequi et
publicari, omnibus juris beneficijs et probationibus salvis reser:
vatis reservan. Et præfati Dñ Commissarij vbi locatisut
per Actor Jurisdonem suam fundauerè, non præjudican quic-
quam fundo cuius sit, imo salvis defensis et juribus vtrig par:
tium reservat, ac eandem mihi Regni Generali Provido Sta:
nislao Drobel de Wojslawice publicare demandauert prout
is idem mihis in præsentia præfatorum Domin Commissarior
ac prntia omnium circa præmissa existen publicatam esse
retulit. Quod decretum fundatæ Jurisdoñs Dnorum Com:
missariorum pfatus Generosus Nicolaus Stradomski plenipo:
tenb præfati magci Dñ Capnei Schadkowien pro juridico non
suscepit. Verum ab eodem ad Conventionem Generalem appel:
lavit, et vt eidem appellation præfati Dñ Commissarij defe-
rant petijt eandem appellonem ad sacr Regni mtem vtr su-
premum Legum conditorem et interpretatorem esse admis-
tilem deducebat, Cum sententia fundatæ Jurisdiction hac

sit

sit magnopere aggranans et fundo regio prudiciosa, fundatio
enim Jurisditions non debet prudicare fundo, cum solet fundari
non in proprio sed in controverso vbi differentiæ oriuntur fundo
hic autem secus. Appellationem eandem ad Conventum Regni
per plempotentem Dnum Capnei Lanckoronen et Schadkovien
præfatus Dnosus Subjudex Syradien inadmissibilem esse dixit
juribus Regni id non permittentibus eaq constitutione Regni cor
Commissarijs producta probari, petens ipsum non admitti, saluis
reservandis reservandis. Cui motioni sine appellon pfati
Dni Commissarij eandem ad executionem Commission deducen
non detulerunt, de cuius prosequutione plempotens pfatus ma:
gd Capnei protitus est. Tandem præfatus Generosus Subjudex
Syradien produxit coram Dnis Commissarijs Lras innotescentiæ
ac lris seorsivis mandati Sac Reg. mtis ad præfat Dnosum Capi:
taneum Lanckoronen et Szadkovien villas Wielgawies et Kromolin
tenutas pro die hodierna extraditis ad dislimitationem bonor
in eis contentorum manibus præfatorum Commissariorum subscript
sigillis munit ad Actag Judicij Tribunalis Regni Petricov ad ex:
dicias porrectis quarum Lrarum et priùs innotescentiæ Comms:
sorialis tandem Sac. Reg. mtis tenor tales sunt. Actum Pet:
tricoviæ in Judicijs Ordinarijs Tribunalis Re.
gni feria Quinta in Vigilia Festi ommium sanctorum Anno Do:
mini millesimo sexcentesimo Decimo nono. Ad Judicium
prus ordinarium Tribunalis Regni Petricovien personaliter veniens Generosus Albrachtus Wezyk Subjudex Terris Sy
radien, obtulit Judicio eidem Lras infraptas innotescentiæ
manibus Dnorum Commissariorum subscras et sigillis eorum
obsignat illæsas, petens eas Actis Judicij eiusdem inseri de:
mandari quod a Judicio obtinuit. Quarum tenor de verbo
ad verbum is est. Hieronimus Koropnicki a Krocjow
Spicimirien. Petrus Bykowski a Byki Cmanien Terræ Syrad
Castellani. Joannes Tarnowski. Pocillator Syradien. Martinus
Stokowski de Romsowice Subdapifer Lancicien. Joannes Wy:
lezynski Camerarius Framtialis Districtuum Syradien et
Schadkovien Commissarij per Sacram Rm Mtem ad Actum

granitierum infraptas designati. Tibi Generoso Joanni Zo-
brzydowski Capneo Lanckoronen villarum Regalium Wielga
wies et Kromolin ad Capneatum Schadkowien pertinen tenuta-
rio Innotescimus et notum facimus prntibus prntibus oblatas
nobis esse Literas Commissionis Sae Reg mtis Dnn Clemen-
tissimi pro parte Generosi Albracht Węzyk Subiudicis Terra
Syradien villarum Woistanice et Wola Woislawska ei ies Sub-
iudicis hærdria parte ex altera compoti et complanari.
volen, nobis committere et mandare dignata est, quatenus
tempore certo inter se constituto captato die certo compe-
ten vocatis ad prntiam nram partibus quarum interest
in locum differen pfatas conveniamus simul, auditisq pro-
positionibus et rnsis acceptoq fidedignorem ex vtraq parte
hominum senem testimonio sufficienti, mediante eor corpo-
rali Juramento si id opus fuerit, ac ex re ipsa oculis subie-
cta situq et positione loci illius plane cognita ac perspecta.
nullius partis favore sed solius Dei et iustitiæ Sanctæ memo-
riæ præ oculis habita, bona prædicta dislimitemus et distin-
guamus scopulis et signis metalibus circa ea fieri solitis, vt
Commissio præfata Uberius de his testatur, de qua Commis-
sione nra in termino futuro fidem indubiam tibi faciemus.
Qua Commissione nos cum ea qua decet reverentia susceptа
eamq in toto exequi et ei satisfacere vt tenemur volentes
tibi autoritate nra Commissoriali Concessa de bonis huius man-
damus vt coram nobis in loco limitum differentiarum inter
bona prominatæ villarem Wielgawies et Kromolin tenutæ hu
ex vna et bona villarum Woistanice et Wola Woislawska e-
ius subiudiis hærdria ab altera vbi protunc Jurisdo nem
nostram locabimus feria secunda post festum Sancti martini
Pontifices proxima die per nos assignata ac nix mandatis
Sae Reg. mtis eo nomine deorsiue ad se dat personaliter
et peremptorie compareas. Ad videndum et audiendum nos vigore
commissionis pdictæ eo in negotio, iuxta tenorem commissionis
Sae Reg mtis procedere bona eadem dislimitari et distin-
gui scopulis et signis metalibus visitari connotari et consi-
grari ac Commissionem Sae Reg. mtis ad instam pfati subiu

diúb

subsidiis syradien ad debitam executionem in p̃missis de-
ducere, quæ si una die expediri non possit subsequentibus
diebus in acta Constitution præscript nos determinare nis at-
tentaturus. Certificam te sive comparuerit (eo in termino per
nos p̃fixo) sive non nos quæ nobis ex offo nro Commissoriali in-
cumbunt eo in negotio granitierum contumatia tua non obstan-
procedemus. Dis vidlt quod tibi de iure seruiet responsurus. Dat
Syradiæ feria secunda ante festum omnium Sanctorum proxima
Anno Domini millesimo sexcentesimo Decimo nono (Loco sigillo-
rum) Hieronim Konopnicki Z Kroczowa Castellanus Spiczimier-
ski. Piotr Bykowski C. L Sieradzki. Jan. Tarnowski P S m p.
Marcin Stokowski Z Romiszowic P. L. m p. Joannes Wyleżyn-
ski Camerarius Gramitalis syradien in quantum Nosis Suc-
camerarius absens fuerit subscribo cum positione termini pro
feria secunda post martini Anno Domini millesimo sexcen tesi-
mo Decimo nono. Cort Suski. Stanislaus Zawadzki notarius
terrus syradien (Locus sigilli) Literam vero oblati mandati
tenor talis. Actum Petricoviæ in Judicijs ordinarijs Se-
neralibus Tribunalis Regni feria quinta in vigilia Festi O-
mnium Sanctorum Anno Domini millesimo sexcentesimo Deci-
mo nono. Ad Judicium p̃fatum ordinarium dicti Tribunalis Re-
gni Petricovien personaliter veniens Generosus Albrachtus
Wężyk Subiudex Terræ syradien obtulit Judicio eidem Lras
infraptas papireas mandati Sac Reg. mtis sigillo minoris Can-
cellariæ Regni munitas et manu infraptæ Fedro propria sub-
scras sanas et illæsas, petens eas a se suscipi et Actis Judicij
erusdem inseri demandari quod a Judicio obtinuit, earum vero
Lrarum de verbo ad verbum tenor is est. Sigismundus III Dei
Gra Rex Polonie magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ ma-
soviæ Samogitiæ Livoniæ nec non Suecorum Gothorum Van-
dalorumq; Hæreditarius Rex. Generoso Joanni Zebrzydowski
filio magci nicolai Zebrzydowski Palatini et Generali Ca-
pitanei Cracovien Capitaneo Lanckoronen et Schadcoui-
en tenutario villarum Wielgawies et Kromolin ad oppidum
Schadek pertinen fideli nobis dilecto. Gram nram Regiam. Gene-
rosa fidelis nobis dilecte Commissimus certis Commissarijs nris

bona nrā Regalia ad Capneatem Schadkouien pertinen villas
præfatas wielgawies et kromolin tenutæ Fid-Tud a bomb hare:
ditarijs Jnosi olbrachti wężyk Subiudicis Terræ Syradien villarū
woistawice et wola woistawska limitibus distinguere et dislimita-
re. Quare mandamus Fid-tud vt cum per commissarios nostros
eo nomine fid-tua vocata fuerit coram eisdem compareab, et quic-
quid decreuerint firmiter obserues. Prouideas tamen ne quid bona
nrā Regalia inde detrimenti capiant, secus pro grā nrā et offi
sui debito Fid-tua non facturа. Dat Varsauiæ die Decima quar:
ta mensis Septembris. Anno Domini millesimo sexcentesimo decimo
nono, Regnorum nostrorum Polonie Trigesimo Secundo, Suecie
verò Vigesimo Sexto Anno. Ad mandatum Sac Reg. mtis proprium
(Locus Sigilli) Jas Max. Fredro. Cor Suski. Stanislaus Zawad-
ski notarius Terris Syradien (Locus Sigilli) Fecit pfat Capneū
seu tenutarium pfatarum villarum wielgawies et kromolin per
mimlem supraptum acclamari. Et petijt idem Jnosus Subiudex
Syradien vt Dns Commissarij nri Lras "Commissionis Sac Reg. mtis ad eos dat
ac Lras Jnnotescentiæ sud ac mandati Sac Reg. mtis ad pfa-
tum Capneum Schadkouien et bonorum eorum tenutar extradit
co in negotio gramitierum vt ius coe docet procedant et in nigti-
ti coram eisdem Dns Commissarijs benistrando extradonem Li-
terarum Jnnotescentiæ commissorialis et mandati Sac Reg. mtis,
statuit coram Dns Commissarijs minilem Regni Jnalem Prouin
Stanislaum Wrobel de woistawice Dns Commissarijs notum
et nles mathiam Bronowski et Alexium Rokicki, qui mimlis
et nles persis coram Dns commissarijs stantes recognouerūt
se eas Lras innotescentiæ et mandati ad præfatum Capneū
ad Curiam tenutæ ipsius ad Villam pfatam pertinen Sabbato
in Crastino festi omnium Sanctorum proxime fluxito expor:
tasse ac ibidem exposuisse ac publicasse vt ius est. Jdq;
deductis petijt vt supra prosequorem negotij huius decern
salvis reservatis de iure reservan sibi omnibus iuris benefi:
cijs et probationibus. Jn oppont plenipotens supraptus
dicebat, magnum fore inconuenies si hæc commissio ad esse.
chem deducatur quod pront est supradictum est illegalis &
extra normam Legum facta Actorq; in ea non iuridice pro-

cessit

processit, item̃ magcus capnens cui defensio bonorum Rega-
lium de iure publico imposita et iniuncta est absens est, qui sub
tempus prntis expedonis in Rothmagrum ab ordinibus Regni
electus et designatus est et ad hoc cum cæteris multis magna-
tibus et proceribus Regni in castris ad fines regni cõmoratur, nul-
lo nro ob imiñen Regno periculo inde discedere et hic se sis-
tere potest, cum maiores motus pellunt minores, et quod sine ipso
hic vt pferter negotijs Reipub occupato quiquam ad prns stabi-
ri potest nec debet, cum et constones omnes tam recentes qm
et antiquæ et specialiter Constitutio millesimi sexcentesimi De-
cimi noni. Omnes in seruitijs Reipub existen ab omnibus Ju-
dicijs Junisdonibus eximunt. Paratus insuper id Litens Exer-
cituum Ducib omni tempore probare, ad prns vero non tenexi
nec posse, cum adhuc ibidem in finibus Regni maneat, nec huc
usque reuersus est, nam et quæris repositiones ternorum et a-
lias dilones non eo tempore quo petuntur venum in feriis ter-
minis et Judicijs probantur. Et neque etiam supraph Dns
Commissarij suis personis possunt pfen expedire. Actum, ob sui
insufficien. Nonnulli enim eorum vt pote magcus Castellanus
Spicimirien nondum super offm Castell sibi collat pstitit Jura-
men Decreta præterea Remission a Judicio ten quæ apprimè
ad hanc causam sunt necessaria non sunt obten. Lekyty ple-
nipotenb, quatenus Dns Commissarij pfatis suis rationibus at-
ten ab eiusmodi Acta supersedant salvis in vniversum omni-
bus iuris remedijs beneficijs in toto reseruat nullis obmissis.
Ad quas exception plenipotens Dns Capnen non in vim alicuj
contriæ quæ nulla coram Judicio Dnorum Commissariorum locum
habet, verum circa iis commune primiter stan. Idem Gnosus Sub-
iudex Sjradien dixit tam ~~in~~ prolongationem Commission sua
a Sae Reg. mtte sibi data ad dilimitan bona sua fieri his nõ
posse. Ad primam quod dicit Gnosum Capneum in Expediti-
one bellica Reipub. nunc consistere, id non probat vt constitu-
tio describit de exempt Lis exempti sive de Cancellaria
Sae Reg. mtis sive a Gnali aut campestri Duce exercituũ Re-
gni Polon, nec etiam a Dignitarijs et offitibus ac nobilitate
Palatinatus a quibus se allegat Rothmagistratum geri, Inde

hæc inducta

Vnde hæc inducta affectatio illius, nudis verbis, audienda
non est, quas Lras exempti etsi producerentur Dni Commis:
sarij attentare non deberent iuxta præsertim statuti Sigismun:
di primi Petricou 1533 conditi. Quod de Lris privatis a Com:
missarijs exceptionem infert ea de iure non seruanda, tant
Literæ innotescentiales eorum qui sunt in tempore missæ Lrs
mandati Sac: Reg: mtis, quæ ibidem sunt circa eas editæ
ad quid vltra desiderandu cum hæc sufficienter probatur,
lex q3 qua de his dicit, priuat posteriori Legibus sanxit, vt mo:
tescentis commissionis sufficiant pro illis his sublata alio sta:
tuto probatur igr vt hæc nullam dim exceptionem et interru:
ptionem Commissionis et termini habent. Quo ad Juramentum
magci Castellani Spicimirien, et ea locum in præsenti negotio
priuato non habent. Siquidem iuramentum Dignitariorum
iuxta votam Regni Legibus eis appositum non ad faciem gra
tiæ sed ad Consilia Rgis mtis se referunt, hic autem vt patet
ex iure communi ac Lris commissionu fidei et conscientiæ
tantum Dnorum Commissariorum hæc commissa sunt, ita q
cum nihil fieri potest nisi præmissis constantis quod Commis:
sionis retardare possit præsertim nuda et in iudicia verba per
plenipotentem illata petijt opatus Dnus subiudex Syradien vt Do
mini Commissarij eius non attenti adhærendo iuri cui eo in negotio
tio granitienum vt in his est procedant, saltim reseruatis reser:
uandis omnibus iuris defensionibus et probationibus. Tandem post
fundatam Jurisdictionem opati Domini Commissarij ex parte iam
controuersijs Actor vocat Generoso subiudice Syradien per
sonaliter, citato vero Capneo Schadkowien per Generosum Mi:
colaum Stradomski Plenipotentem suum coram suo Judicio in
campo fact et ad actitatis modo suprascripto porrectis quibus
diligenter exaudit (subditi vero de opati villis Wielganies
et Kromolin Sac Reg: mtis circa easdem contrias non adfu:
erunt, nec comparere voluerunt, imo absentes se pbuerunt
ad locum q opati fundat iurisdictionis venire volebant. Quo:
niam Lrs exempti ab Exercituum Duce non producuntur
iure præmissis, ideo adhærendo Constitutioni anni millesimi

Quingentesimi

Quingentesimi octuagesimi octaui de Commission sancit
Commissionem prntem ad effectum deducen, reiectis excep-
tion plenipoten parti citato procedere vtenius ni causa
prnt decreuerunt, ac decernunt prntibus. Quod Decretum
Ffatorum Dnorum Commissarionum plenipotens Ffati Capnei
Schadtouien pro iuridica non suscepit, verum ab eodem ad Con-
uentionem Regni Tralem appellauit et vt eidem appellato.
ni Ffati Domini Commissarij detulerint petijt motion vti in
questione perplexa vbi agitur de interpretone Legum, quod
non nisi Sae Reg. mti incumbit ex Legum contexta admissi-
bilem esse deducebat. Cuius enim est condere, eiusdem et in-
terpretari. Eam motionem prout supra Dnos Subinde ex hy-
radien in admissibilem esse constone Regni probauit, peten
se circa eandem constitutionem conseruari et motionem e-
amdem non admitti. Saluis vt priùs omnibus iuris beneficijs. Cui
motioni seu appellon Ffati Dni Commissarij vetante iure pu-
blico non detulerunt nec eam susceperunt de qua prosequen-
da plenipotens Ffatus protius est. Ad extremum Prominatus
plenipotens nomine supradicti magci Capnei solenniter prote-
status est con supraptos Dnos commissarios eo, quo modo
ipsi non attentiùs in partem reiect et iuridicis rationibus
a se in medium introduct ad executionem Commission Ffat
quas nullatenus in suo loco subsistere potest processerunt
Siquidem maximam iacturam et Ffiudin fundo Regio in-
tulerunt. Simulq de nulitate totius actus illius, si aliquis hic
hoc in passu expediretur, offerens se Ffmissa ab eis iu-
re vindicaturum ac in simul contra magcum Palatinu Ffy-
radien quog solenn protestatus est, eo quod ipse habita et
facta mutua cointelligentia cum Dnos Olbracht weżyk in
summum Ffiudicium fundi Ffati Regij non in loco solito
concurren pariet verum in centro fundi villa nielgawes pa-
rietem Ffato weżyk in conducto agnouit, volens per hoc fe-
dum Ffat adimere. Offerens Ffat Capneum cum eo prout Ff-
petient iure acturum. Et Generosus Subinde Ffyradien ad
eisdem Dns Comissarijs auditis his protestonibus reprotestatus

est

est solenniter se hinc eam commissionem obtinuisse, vi:
sto mre executionem fieri ipsi eo quod multa damna et in
rerias in fundo suo habeat, roñe quar cam et actionem in
formam competens instituit, et earum prosequutione salua
sibi reseruat, et non in damnum vt inferunt bonorũ sac
Reg. mtis venem ꝯ maiora damna et iniurias in fundo suo
patiatur, eam commissionem obtinuit, quod re oculis Dñs
Commissarijs posita facile probabitur et deducetur et cum
nullo eo nomine condictamen fecit, quin imo hoc omnia ali.
ter probantur cum ipsemet Dñus Capreus eam commissionẽ
nudis allegationibus in iuridicis exceptionibus nititur, retar:
dare et eam desolare igitur de nullitate Gtatarum protesta
tionum pro parte eius Capitanei, prout ex his rationibus sit
et alijs vbi id fuerit necessarium dañ iterum atq iterũ
reprotestatur, et vt Dñi Commissarij in Acta eo gramine
rum procedant et eum ad effectum deducant nre Literas
sac Reg. mtis ad eos dat petijt seq eis ductum suum et
possibilitate sit locorum ad determinañ cas gramines comm:
strare obtulit. Tandem Dñi Commissarij satisfacien iuñi Gs:
mum et Lris commissionis sac Reg. mtis ad se missis, licet
quidem pt inductus conuias et protton Gs ipsius, Stradomske
plenipotens Capnei Schadkowien recessent nec ea se atte:
tare obtulit, subditiq tam de Melgawes quam Kromolin
sac Reg. mtis se absentauerunt, attamen quoniam vis Com:
mune et Lrã commissionis id eis negotium etiam absen
tibus non obstañ perficien commisit ab eo loco fundatis ju:
risdictionis sequen eundem Dnosum subiudicem tanquam Actor
progressi sunt via quadam antiqua versus Kromolin tenden
per rubeta vsq ad campos et agros hæreditat Woistawice
ab vna ad orientem et Kromolin ad occiden,, demum inter
eos agros versus Woistawice ad meridiem, demum, in ali:
quot stadijs ad occiden conuersi sunt itidem inter eos
agros seu campos Woistawice ad meridiem Kromolin, ad
septentrionem iacen vsq ad syluam ad Woistawice pertinen,
demum penes eam syluam Woistawski, et campum Kromolin

in alijs

in alys locis penes ipsam syluam in alijs locis inter campus
et argulas sub ea sylua iacen ad woistawice pertinen vsq ad
argulam ad woistawice pertinen, demum penes eam argulam
et campum kromolin vsq itidem denuo ad rubeta ac per ea
rubeta vsq ad collateralitat villæ Pratkow sub monte non ex:
celso valde in loco madido ad partem meridionalem eius mo.
dō in vno cum medio stadio circiter a sylua excelsa ad hære:
ditatem woistawice spectan. Ad quem locum collateralitat
villæ Pratkow venientes ductum eius Gnosi Subiudicijs bene
vexident possores partiū considerant situs locorum et villano
perspicien. Nullius partium eo in passu fauen inter ipsa bona
woislawice kromolin et mielganies christi nomine inuocato
taliter fecimus et assignauimus limites scopulos de terra eri:
gen. Et in primis ab eo loco collateralitat hæredit villæ Pra:
tkow pro die hornā tam mandat Sac Reg mtis ac Lns in no:
tescen Gnorum Commissariorū, quam et citatione campestri gra.
mtiali iuxta remissionem cum eis in Iudicio tem Schadkow
obten Sub titulo Gnosi Siccamerarij Syradien extradibus Ci.
tationibus. Quarum Citationum tam mandat tenores sunt
tales. Et inprimis Innotescentiæ tenor. Hieroni:
mus konopnicki a kroczow Spicimrien Petrus Bykow.
ski a Byki conarien Terræ Syradien, Castellan. Joannes Tar:
nowski Locillator Syradien, Martinus Stokowski de Ro.
mirowice Subdapifer Lancicien. Joannes Wyleczynski Came
ranus Gramialibus Districtuum Syradien et Schadkowien Co:
missarij per Sac Rmi mtem ad actum gramialem inter bona
woistawice et wola woistawska hæreditar Gnosi Olbracht
wężyk Subiudicijs terræ Syradien ab vna et Villas Sac Reg.
mtis mielganies et kromolin ad Capneatum Schadkowien per:
tinen tenutæ Generosi Joannis Zebrzydowski Capnei Lancko.
ronen ab altera villam Schadkowice Sac Reg mtis seu Reip:
tenutæ magci Stanislai a Byki Bykowski Palatini Syradien
ex tertia partibus designati. Vobis Generosis et nobili
bus Stanislao Pratkowski valentini filio. Joanni Pratko:
wski Alberti filio als patruo cum fihastro sortis suæ in
villa Pratkow hæredibus. Olbracht wężyk Subiudici Terræ

Syrad

Syradien in eadem Pratkow certarum sortium haeredi si-
de rite sit necessarium als omnibus in pfata Pratkow hae-
ribus. Innotescimus pfen seu notum facimus oblatas nobis
esse Lras Sae Reg, mtis Dni nri Clementim quibus Sae Reg.
mtas nobis deferen limit mt pfatas villas Woistawice et
wola Woistawska praefati Generosi Subiudicis Syradien ha-
reditar ab vna et villas Nielgawies et Kromolin pfati Ca-
pnei Lanckoronen tenuta ab alia componi et complanare,
certo tempore et die competen per nos partibus eis quibus
interest assignat mandare et committere dignata est ad quae
bona cum pfata villa vra Pratkow collateraliter adiacet
vobis autoritate nra commissoriali nobis concessa de bon
vris mandamus, quatenus coram nobis in loco limitum dif-
ferentiarum pfat partium fena secunda post Festum Sanct
martini Pontificis proxima die per nos ad dishimitation eam
assignato nxta mandatum Sae Reg mtis eo nomine ad nos se-
orsim dat compareat personaliter et peremptorie ad attentam
scopulum vrum a villa pfata Pratkow bon suprascris contigu
et ad agnoscen eundem aliaq pro cau pfenti exigen peragen
quae si vna eadem die per nos determinata non fuerint sub-
sequentibus nxta constres pscriptum per nos in eo negotio
procedendi, certificando vos quod sive comparuerint sive non
nos quae nobis ex offo incumbunt eo in negotio contra vos exe-
quen faciemus contumacia vra non obstante, sibi pmissa at-
tentaturi et si quid de iure veniet responsuri. Dat Syradiae
fena secunda post festum omnium sanctorum proxima. Anno
Domini millesimo sexcentesimo decimo nono. Deinde manda-
ti ad Acta Tribunalis Regni Petricou oblati tenor sequi-
tur et est talis. Actum Petricovii in Judicys ordinarys Ge-
neralibus Tribunalis Regni fena Quinta in vigilia Festi omni-
um sanctorum Anno Domini millesimo sexcentesimo decimo no-
no. Ad Judicium pfens ordinarium Fiscale Tribunalis Regni
Petricovien personaliter veniens Generosus Albrachtus Wejk
Subiudex Syradien obtulit Judicio eidem Lras infraptas La-
tyreas mandati Sae Reg. mtis sigillo minori Cancellariae Re-
gni munitas et manu infrapti Secretarii propria subscratas illas
sub. perens eas a se susciptas et Actis Judicij in seri deman

dan

demandari, quod a Judicio prnt obtinuit quarum Litera-
rum de verbo ad verbum is est tenor. Sigismundus III Dei
Gratia Rex Poloniæ magnus Dux Lithuaniæ Russiæ Prussiæ
Masoviæ Samogitiæ Livoniæg nec non Suecorum Gothor Vanda-
lorumque hæreditarius Rex. Generoso et nobilibus Stanis-
lao Pratkowski Valentini filio, Joanni Pratkowski Alberti
filio als patruo cum filiastro sortium suarum in villa Prat-
kow hæredibus, Olbracht Węzyk Subjudici Terræ Syradien
in eadem Pratkow certarum sortium hæredi, si id de jure ne-
cessarium est als omnibus in præfata Pratkow hæredibus, fi-
delibus nob. dil. Gras nras Regiam. Generosi et nobiles fi-
deles nobis dil. Designavimus certos Commissarios nros ad fa-
ciend et constituend limites inter bona nra Regalia villas Wel-
gawies et Kromolin ad Capreatum Schadtowien pertinen, te-
nuta Generosi Joannis Zebrzydowski Capnei Lanckoronen
ab una, et villas Woislawice, et Wola Woislawska eiusdem
Generosi Olbrachti Węzyk Subjudicis Terræ Syradien hære-
ditarias ex altera partibus. Quia vero in dis limitation bon
prædicts bona Fid. vrarum hæreditaria villa Pratkow adjacere et
collateralia atq contigua esse dicuntur, ideo mandamus fid:
vris ut cum per prædictos Commissarios nros Fid. vrd vris in-
notescend vocatæ et requisitæ fuerint, coram illis compareat
et huic dis limitationi intersint, scopulosq suos angulari
attentent, eosq partibus ubi necesse fuerit agnoscant. Quicqd
vero ipsi Commissarij nri in præmissis decreverint firmiter tene-
ant et observent pra Gratia nra. Dat Varsaviæ die Decima
quarta mensis Septembris Anno Domini millesimo sexcen-
tesimo decimo nono. Regnorum nostrorum Polonic vigesimo
secunda. Suecie vero, vigesimo sexto. Ad mandatum Sae Reg
mis. proprium. (Locus sigilli) Jus Mar Fredro. Cort Suski
(Locus sigilli) Stanislaus Zawadzki notarius Terræ Syrad.

Postmodum Citationem Campestris sub Titulo Inscr
Adami Walewski Succameranij Syradien extradit, tenor de
verbo ad verbum sequitur et est talis. Adamus Walewski
Succamerarius Syradien. Vobis nobis Stanislao Pratkowski
Valentini filio. Joanni Pratkowski Alberti filio, als patruo cō
filiastro, Sortium vrarum in villa Pratkow hæredibus. Nec non

et

et Generoso Olbrachto wężyk Subiudicj Terr Syradien si id
de iure necessarium est als omnibus in eadem Pratkow hae-
reditibus de bonis vtb omnibus vigore regio et nra grea hac in pari-
te fungimur succiali autoritate mandamus. Quatenus coram
nobis seu Camerario nostro in loco campestri inter bona wor-
stanice et wola woistawska haerdria Gnosi Olbrachti wężyk
Subiudicis Terris Syradien ab vna et villas sae Reg. mtis Mel-
gawies et kromolin ad Capneatum Schadkowien pertinen Terr.
tae Generosi Joannis Zebrzydowski Capnei Lanckoronen ab alia,
vbi vct Actor nos seu offm nrum vocabit, fena secunda post Festum Sa-
cti martini Pontificis proxima personaliter et peremptorie com-
pareat. Ad instantiam Generosi Olbrachti wężyk Subiudicis
Terris Syradien bonorum woistawice et wola woistawska alibig
haered, Qui vos inhaerendo Lris Commissionis ac mandati
sae Reg. mtis tum etiam inhaerendo Decreto remission ad capud
vobiscum in Judicio Terri Schadkowien obten ad attentan et a-
spicien scopulum acialem haeditat ipsorum Pratkow haere-
ditat villarum woistawice et wola woistawska eiusdem Genero-
si Olbrachti wężyk Subiudi Terris Syradien contigue, quae bona
sua idem Actor ab haeditat bonorum Regalium villarum Melga-
wies et kromolin ad Capneatum Schadkowien pertinen per cer-
tos Commissarios Lris Commissionis sae Reg mtis designatos
dislimitare, et inter eadem bona gramines seu limites constituere
intendit. Igitur vt staretis scopulum suum attentaret, quia
nos non obstante vra absentia sive Contumacia ad pfat Li-
mitationem ex offo nro procedemus. Dat in oppido Buczek re-
siden nra feria secunda post Festum Sanctorum omnium proxa
Anno Domini millesimo sexcentesimo Decimo nono. Vigore Cu-
ius quidem Innotescentiae ac mandati sae Reg mtis tum Cita-
tion Campestris succiatis Syradien pfati haereds villae Pratkow
vti collateraliter modo supra pto adcitat per militem Regni
Generalem Providum Stanislaum Wrobl de woistawice accla-
mare fecimus. Ad quam acclamation comparen personl per
nlem Stanislaum Pratkowski suo et aliorum noe, vna cum
subditis de eadem villa Pratkow agnoscer eo in loco supra
descripto collateralitat sua eor haeditat woistawice et kro-
molin adiacere et esse. Incipiendo sipare et erigere manda
simus tres scopulos angulares sub eodem monte non excelso

ad meridiem

ad meridiem montis eiusdem in loco madido vulgo na Smu.
zysku qui mons versus villam kromolin Sac Reg. mtis pro.
tensionem habet, vnum vers scopulum angularem a septen.
trione hæreditatis kromolin Sac Reg. mtis, alterum a meridie
hæreditat woistanice. Terhum verò ab occidente hæreditat
Pratkow, quibus scopulis angularibus talis erectis et sipatis
limites parietales inter eadem bona et villas woistanice ac
wola woistawska Generosi subrùdicis Syradien hæreditar ex
vna et villas kromolin ac Nielganies Sac Reg. mtis ex alia par.
tibus, tali ordine scopulis erectis et sipatis modog infrapto a
Pfatis scopulis angular incipien ac quam rectius eundo
rubetis, in quibus rubetis sipati sunt scopuli parietaleb, in
numero tres vnus post alium tendentes vsg ad finem argu.
lis, tandem post eam argulam non procul Sylud ad woista
nice pertinen Confinio agrorum seu camporum kromolskie
nuncupatorum et pertinen tenden, sipati sunt, scopuli panè.
tales protensiue vnus post alium in numero tres, vsg ad de.
terminationem eiusdem Sylud ad woistanice pertinen ex vna
parte et ex alia in confinium agrorum et camporum kro.
molskie. Tandem vlterius in sippatione Pfen scopulos pare.
tahium proceden inter campos et agros ex vna parte ad
meridiem ad woistanice iacen, Et ex alia ad hæreditatem
kromolin pertinen ac cultis sepibus antiquis als Stanymi
plocisami sipati sunt scopuli panetales vnus post ali.
um a se recte distan, in numero quatuor vsg ad finem se.
u limitem agri advocatialis ad kromolin pertinen et culti.
Qui quidem Pfati et suepropti scopuli panetales originem
sumpt a prafatis angulantibus curunt et tendunt versus
orientem vsg ad finem seu limitem Pfati agri advocatialis
A Cuius agri advocatialis limite et fine iuxta antiquos
vsus agrorum. Quomodo arantur et coluntur agri prafati,
ex vna parte ad woistanice et ex alia ad kromolin per ad:
iacat villæ eiusdem conuersi sunt scopuli parietales inter
has hæreditat versus septentrionem penes eundem campus
advocatialem ex vna parte ac penes campum woistanice
ex alia sippati sunt scopuli panetales in numero Duo vsg

ad

ad puteum vulgo do Smugu in confinio eorum agronũ aduo:
catialium in quo construct stagñ extant aduocatiæ villæ kro
molin. Demum præfatum puteum transeundo non procul cam:
porum ad woislawice pertinẽñ, tendeñ sipati sunt scopuli parie:
tales vnus post alium rectè tendeñ in numero tres vsq ad rube:
ta, vlterius per rubeta eundo non procul camporũ ad woislawice
pertinẽñ et cultor̃ Sipati sunt scopuli parietales in præfatis ru:
betis in memero duo, vnus post alium vsque ad argulam per sub:
dit de woislawice dictum Modlinski cultam et ad prñs Seminib9
hjemalibus per pfat Subditũ de woislawice inseminat; tandem
vlterius per eandem argulam eundo sipatus est scopulus pa:
rietalis in medio præfatæ argulæ vnus, cuius argulæ partẽ
hæreditati kromolin adiudicauimus Salua nihilominus colle:
ctione præfatorũ frumentorũ in eadem argula per subdit de
woislawice ad prñs conseminat reseruata adinuenimus. A qua ar:
gula vlterius in sipatione scopulorum proceden̄ per rubeta sipa:
ti sunt scopuli parietales in præfatis rubetis in nxmero duo, v:
nus post alium rectè tendeñ vsque ad viam quæ tendit a villa
kotliny ad villam Schadkowice quæ via ptransit viam pubicam
vulgo Sieradzki gosciniec, penes quam viam vel potius inter e:
asdem vias sipatus est scopulus parietalis vnus, a quo sco:
pulo vltenius proceden̄ ac viam magnam vulgo Sieradzki
gosciniec pertranseun̄ penes eandem viam quæ ducit de vil.
la kotliny ad villam Schadkowice ac pertransit per pfat
viam pubcam̄ monte quodam non excelso curren̄ ad partẽ se:
ptentrionalem penes eandem viam de villa kotliny ad villam
Schadkowice tenden̄ scopuli parietales sipati sunt vnus post
alium quam rectius euntes in nxmero nouem vsq ad angula:
ritatem villæ Schadkowice bonoñ Reipub; tenutæ ad pfens
magcũ Palatini Sieradien̄. In sipatione pfatorum scopulor̃ pari:
etalium peruenimus taliterq scopulos parietales determinauimus.
Vbi dum peruenitum est, vertit ad locum circa vias eãq pfat
de villa kothiny ad villam Schadkowice, alteram de woislawice
